

101

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAЕ
LVDOVIC. HENRICVS
LEO HILCHEN

MEDICINAE DOCTOR ET PROFESSOR ORDINARIVS
VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

LECTIONES

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

AB OMNIVM FACVLTATVM PROFESSORIBVS

HABENDAS

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS

GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE

ACADEMIAE CIVES

PERAMANTER INVITAT.

P. P. DIE XIV. APRILIS ANNO c18ccxlviii.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I E S S A E,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.



In Facultate Theologica

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Acad. Senior & Facul. Theol. h. t. Decanus.

Publicarum lectionum loco epithemata in Augustanam Conf. olim data, in exercitio disputatorio continuabit. *Privatim*, *Oratoriae sacrae praecepta* B. Doct. RAMBACHII, quae nouiter Dom. Auditores desiderant, exponet, addita hebdomadarum praxi & censura cum veteranis. In *lectionibus biblicis* ad Psalmos vsque Dauidis continuatis, nunc istorum textum originalem enodabit; nec non *Historiam Eccles. V. T.* denuo resumet.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Prof. Ord. & Superint.

In *historia dogmatum* per uniuersam Theologiam, superiore semestri *publicis lectionibus* coepta, perget, binisque post meridiem horis *exercitium disputatorium* in Syllogem controversiarum Fechtianam instituet. *Privatim* *lectiones dogmaticas* in Baierum, superiore pariter semestri de nouo inchoatas, *methodo sibi consueta* continuabit, easque hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri ad finem bono cum Deo perducere studebit.

D. IO.

❁) 3 (❁

102

D. IO. HERMANN. BENNER

P. O.

Epistolam ad *Philippenses*, publice interpretabitur. Lectiones addet *homileticas*, in *theses* nuper typis exscriptas. *Dogmaticam & moralem*, proxime finitas, denuo auspicabitur, si qui volent. Impostori Zinzendorffio commodis locis occursabit.

In Facultate Juridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director, Iur. P. P. O.
& Primar. nec non rerum Oeconomicarum
in Alma Ludoviciana Inspector.*

Quantum per labores Regiminales & Consistorii, strepitumque forensis licebit, Nobilissimorum Dn. Dn. Commilitonum studia pro virili sua parte promouere nunquam desistet.

D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,

in Ordinis Iuridici h. a. Decanus.

In expositione digestorum & historiae Germanicae perget.

* 2

Ius

Ius publicum vero & feudale, ducibus MOSERO & SENCKENBERGIO de integro explicabit.

GOTTLOB AVG. IENICHEN,

Philos. & Iurium Doct̄or., itidemque Codicis

& Nouellarum P. P. O.

Ius ecclesiasticum in terris Imperii ordinum Protestantium, praecipue in prouinciis, quae Serenissimo Principi ac Domino nostro, Patriae Patri indulgentissimo, parent, prudenti & maturo consilio introductum, ac longa diuturnaque consuetudine confirmatum, duce IO. BALTHAS. WERNHERO in principis iuris ecclesiastici publicis recitationibus illustrabit, simulque regulas futuro Pastori necessarias in gratiam eorum, qui sanctiori disciplinae se consecrauerunt, subiunget. Praeterea rationem, qua iurisprudentiae studium sapienter ac feliciter inchoari, continuari ac absolui queat, ad ductum libri a PHILIPPO BECKERO, Icto Rintelienſi, praescripto elogio: *Vorbereitung der Rechtsgelahrtheit* ante hos tres annos editi, tradet. Quo utroque Collegio, quod intra aliquot hebdomadam spatium fiet, ad laetum optatumque finem perducto, ius vniuersum civile auspicabitur, STRVVIANAM iurisprudentiam Romano Germanicam forenses facili et apta ratione explicabit, ac vsum iuris cum scientia perpetuo coniunget. Denique & disputando exercebit decora & ad magna nata ingenia, ac nemini, qui consilium suum, vel operam suam, flagitabit, vniquam deerit.

D. IO.



D. IO. ERNEST. HOEPPNER,

Prof. Iur. Ord.

Publice Antiquitates Romanas iuxta seriem Instit. Iustinianearum explicabit: *Privatim* vero easdem Institutiones ad ductum compendii HEINECCIANI denuo explicabit, Ill. BOEHMERI introductionem in ius Digestorum interpretabitur & I. G. WOLFFII elementa Iuris Feudorum commentariis illustrabit.

D. IO. CHRISTOPH. BALSER,

Prof. Iur. Ordin.

Publice lectiones *iuris canonici* praeunte illustri D. BOEHMERO sedulo continuabit. *Privatim* Collegium *Pandectarum* ad desiderium Nobiliss. Dn. Commilitonum denuo auspiciabitur simulque *ius germanicum* ductu D. ENGAVII exponet. Nec quicquam praeterea, quod Studiosae Iuventuti commodum erit, praetermittet.

D. GEORG. WILH. WAGNER,

Iuris Prof. publ. extraord. & Facult. Iurid. Assessor.

Publice tradet fundamenta theoriae & praxeos, ductu ISTRUVII in *iurisprudentia*. *Privatim* HEINECCII elementa ad ordinem *Institutionum*, *Pandectas* ad ductum Ill. BOEHMERI, aliaque desiderantibus exponet. Iis denique, qui cathedram iuridicam conscendere, & secundum *sapientissimas SERENISS. PRINCIPVM constitutiones*, speci-

mina publica edere cupiunt, pro virium suarum modulo, lubenter adfistet.

In Facultate Medica.

D. IO. CASIMIR HERTIVS,

Prof. publ. ordin.

Quodsi per adversam cum atate ingravescentem valetudinem licuerit, non deerit officio suo, operamque dabit, ut & notas plantarum characteristics; temporis munerisque sui ratione ita exigente, exponat, & in aliis quoque suum Nobiliss. Dnn. Commilitonibus inserviendi studium comprobet.

**LVDOVICUS HENRIC. LEO
HILCHEN,**

Med. D. & P. O.

Absoluta his diebus *physiologia* ad *pathologiam* progredietur hora pomeridiana III. *Semiologiam*, praeunte LOMMIO, hora XI. illustrabit. *Exercitationes practicas* autem continuabit hora matutina IX. In reliquis etiam nemini defuturus.

In

In Facultate Philosophica.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. P. Ordinis Philos. b. t. Decanus.

Philosophiam naturalem ad ductum nostri quondam **VERDRIESII** pro more suo publice docebit, additurus etiam, ubi opus erit, praecipua experimenta. *Priuatim* argumentum aliquod speciale, quodcunque futuris auditoribus arriserit, curatius pertractandum sibi sumet; neque vlla in re alia suo deerit officio.

ERNESTVS THOM,

Moral. atque Iuris nat. & gent. Prof. O.


J. G. Daries Institutiones iurisprudentiae uniuersalis, id est, ius naturae ac sociale, & quidem hoc alia hora, alia illud, exponet. Explicabit etiam semestri spatio **F. C. Baumeisteri** Elementorum philosophiae recentioris partem practicam, quae ius naturae & ethicam complectitur.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.

Publice Astronomiam docebit, & obseruationes instituet. Collegium quoque disputatorium publicum aperiet. *Priuatim* vero Logicam & Metaphysicam **BAVMEISTERI**, vt & Theologiam Naturalem **Cl. MAYERI**, nec non Mathesin puram **Perill. L. B. de WOLF** explicabit.

HENR.



HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

Vtr. Eloq. P. P. O.

Publice Oratoriam duce Gottschedio; priuatim Eloquentiam latinam, auctore Heineccio, Horatii carminibus illustrandam, tradet. Ad eloquentiam quoque sacram, in ea, quae superest, epistolae Pauli ad Galatas parte exercendam, ducet auditores. Et qui vel disputandi vel dicendi causa in societatem coire cupiant, his omnem, quam poterit praestare operam, pollicetur.

D. CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Philos. & Histor. Prof. publ. ord. Iur. extraord. Facult.

Jurid. Assessor, & Bibl. Acad. Praefectus.

Historiam uniuersalem & Germanicam, quas alternis vicibus publice exponere nuper aggressus est, absoluet. Priuatim res Imperii Regnique Germanici ex nouissima delineatione Illustris MASCOVII denuo tradet, simulque ad BRVNQVELLI vel HEINECCII *Historiam Iuris* commentabitur.

Praeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculentia equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos abunde prospectum est.

